Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Brevier - Cod. St. Peter perg. 32

Straßburg, [2. Viertel des 15. Jh.]

Kapiteloffizium

urn:nbn:de:bsz:31-27808

Visual Library

liberet te ab omni malo saluet et
confirmet in omni opere bono et per
ducat ad uitam eternam. Amen.
Preciosa in conspectu Preciosa.
domini. Mors sanctorum eius. Sancta
maria et omnes sancti intercedant
pro nobis ad dominum ut mereamur
ab eo adiuuari Qui ui
uis et regnas deus per omnia secula seculorum. Amen.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina
et dicatur ter. deinde Gloria patri.
et Sicut erat. kyrie. Pater noster.
Respice domine in seruos tuos
et in opera tua et dirige filios
eorum Et sit splendor domini
dei super nos et opera manuum
nostrarum dirige super nos et opus
manuum nostrarum dirige.
Deinde sequitur Dirigere
et sanctificare dignare domine sancte
pater omnipotens eterne deus hodie
corda et corpora nostra et omnes
actus nostros in lege tua et
in operibus mandatorum tuorum
ut hic et in eternum te auxili

ante semper salui esse mereamur.
Per christum. Postea dicitur Iube
domne. Si de euangelio legendum
sit dicatur benedictio. Diuinum
auxilium maneat semper nobiscum.
Si uero de constitucionibus
dicatur benedictio. Regularibus
disciplinis instruat nos
magister celestis Amen. Data
benedictione sequitur lectio de euan
gelio uel de constitucionibus fratres
tamen qui extra conuentum sunt si euangelium
in promptu non habent dicant.
In principio erat S. iohem.
uerbum Et uerbum erat apud
deum. et deus erat uerbum. hoc e
rat in principio apud deum.
Omnia per ipsum facta sunt. et sine
ipso factum est nichil. Tu autem.
De constitucionibus uero dicatur.
Quoniam ex precepto regule
iubemur habere cor unum et
animam unam in domino. iustum
est ut qui sub una regula et
unius professionis uoto uiui
mus uniformes in obseruan

na canonice religiosius i
ueniamur. Lu an. finita
lectione sequitur. Commemora
tio fratrum et sororum familia
rum et benefactorum defunctorum ordi
nis nostri. Prelatus dicat.
Requiescant in pace Amen.
sequitur. Laudate dominum o. g.
v. Ostende nobis domine miam
tuam. Et salutare tuum d. n.
Dominus uobiscum. Oremus. oratio.
Actiones nostras quesumus domine
aspirando preueni et ad
iuuando prosequere. ut cun
cta nostra operatio et oratio a te
semper incipiat. et per te cepta fi
niatur. Per xpm dominum n. amen.
Postea dicat. Adiutorium
nostrum in nomine domini Qui fecit.
In primo n. Benedictio.
Benedictio perpetua. benedi
cat nos pater eternus.
Unigenitus dei filius. nos
benedicere et adiuuare dignetur.
Spiritus sancti gratia. illuminare dig
netur sensus et corda nostra.
Deus pater omnipotens. In secundo n.
sit nobis propitius et clemens.
Ad gaudia paradysi. perdu
cat nos misericordia christi.
Ignem sui amoris. accen
dat deus in cordibus nostris.
Ille nos benedicat. In iij. n.
qui sine fine uiuit et regnat.
Euuangelica lectio. Ad euangelium.
sit nobis salus et protectio.
Diuinum auxilium. mane
at semper nobiscum.
Ad societatem ciuium superno
rum. perducat nos rex an
gelorum. In nat. domini. benedictio.
Per euangelica dicta. dele
antur nostra delicta.
Intellectum sancti euangelii. ape
riat nobis uirtus spiritus sancti.
De beata uirgine. In primo n.
Alma uirgo uirginum. intercedat pro nobis ad dominum.
Sancta dei genitrix. sit no
bis auxiliatrix.
Nos cum prole pia. bene
dicat uirgo maria.